



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

Facultas Indulgentiae Aegrotis concedendæ ab Episcopis Prouin. Mediol.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

& sancti Ioannis Baptistæ, decem annos de iniunctis eis, seu alijs quomodolibet debitis pœnitentijs toties quoties, misericorditer in Domino relaxamus, ac semel in anno die festo sancti præcipui patroni Cuiusvis verè pœnitentibus, & confessis, idem sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumentibus, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Contrarijs non obstantibus quibuscumque. Presentibus perpetuis futuris temporibus validis. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris Die X. Aprilis. M. D. LXXX. Pontificatus nostri anno octavo.

Ca. Glorierius.

FACULTAS INDVLGENTIAE AEGROTIS concedendæ ab Episcopis Prouin. Mediol.

GREGORIUS PAPA XIII.



Enerabilibus fratribus Archiepiscopo, & suffraganeis Prouin. Mediolanen. salutem, & Apostolicam ben. Quemadmodum medicos corporis sanitatē, egrotantibus, quos inuisunt, maximè procurare conuenit, ita etiam animarum medela à Deo Præfatos Antistites omni quidem tempore, sed præcipuè corporis mole, grauib. morbis obsessa, illarū curæ, & sanitati plurimum deest studere. Vi igitur id commodius, & alacrius facera valeatis, vestramque salutarem ægrotantes ipsi sentiant medicinam, vobis, & vnicuique vestrum, quotiescumque in vestri Ciuitate, & Diœcesi egrotantes aliquos Christi fideles in Domino uisita-ueritis, ut eisdem contritis, & confessis, plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam; quandocumque verò eisdem sic egrotantibus, per alios censueritis, uestro nomine uisitandos, septem annos Indulgentiæ, semel tantum in illa infirmitate concedere valeatis, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi amplam liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem concedimus, & elargimur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XX. Decemb. M. D. LXXX. Pontificatus nostri, anno oct.

Ca. Glorierius,

De